



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Expositio. 3 cap. Petrus aut[em] & Ioannes art 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

## IN ACT. APOS. EXEG.

tes gratiam ad omnem plebem] ita quod omnibus e-  
rant accepti ac honorati ppter tam euidentissimā gra-  
tiæ affluentiam in ipsis splendentem. Quemadmodum  
legitur de sancto Sebastiano. Necessè erat, vt quem de-  
tanta perfuderat gratia ab omnibus amaretur. [ Do-  
minus autem augebat qui salui fierent ] id est, quosdā  
conuertit, & fidelium numero copulauit [ quotidie in  
idipsum ] collegium credentium, vel in ipsomet deo  
incommutabili bono, in quod mente tendebant &  
quiescebant. De quo fertur in Psalmo. Tu autem idem  
ipse est. Et rursus: in pace in idipsum dormiam & re-  
quiescam.

Pfal. 101:  
psalm. 4

¶ Expositio capituli tertij. Petrus au-  
tem & Ioannes.

### Articulus. III.

**C**VM Euangelica doctrina sit supernaturalis, ne-  
cessè fuit eam supernaturalibus argumentis, p-  
bari. Hinc Christus & eius discipuli talia ope-  
rabantur miracula, quæ sola diuina virtute fieri que-  
unt. Iccirco quam certum est deum falsitatis non esse  
approbatorem aut confirmatorem tam certum est fi-  
dem catholicam esse a deo. Nunc ergo grande narra-  
tur miraculum, quo fidei veritas roborabatur, & plu-  
rimi conuertebantur. [ Petrus autem & Ioannes ascē-  
debant in templum ] videlicet ad quendam locum ei-  
us, qui vt dicitur fuit atrium mundorū, vbi Iudæi scdm le-  
gem mundi orabant [ ad horā orationis nonā ] q̄ cir-  
co alig dicunt, qd Iudæi ter orabant in die, sicut iā añ  
ex Daniele est allegatum. Veruntñ Neemiæ. 9 habetur  
quod quater in die & quater in nocte confitebantur Iu-  
dæi, & adorabant dominum deum suum. Præterea hi  
duo Apostoli & Apostolorum eximij in multis associ-  
ari legunt, tanquam singulari familiaritate coniun-  
cti, quamuis yterque eorum carnalem fratrem habe-

Danic. 6.



ret Apostolum. Nam in Christi ministris plus valet gratia quam natura, seu amor ifusus quam naturalis.   
 ¶ Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suae baiulabatur ¶ in lecto. Nā scdm glossam etiam paralyticus fuit ¶ quē ponebant quōtidie ad portam tēpli q̄ dicitur speciosa. ¶ Secundum quod in Scholastica historia legitur iccirco sic dicta est, quia Alexander Hircanus ornamentum quoddam in ea apposuit, in qua & Herodes auream posuit aquilam, fuitque porta atrij mundorum. Palam est autem quod non fuit ea quam Iotham rex Iuda edificauit, quae sublimissima dicebatur cum illa fuerit per Chaldaeos destructa ¶ ut peteret eleemosynam ¶ forte non solum pro se, sed & pro ministrantibus sibi ¶ ab introcuntibus in templum. Is cum vidisset PETRVM ET IOANNE M incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in cum Petrus cum Iohanne dixit. Respice in nos ¶ quod Petrus ideo dixit, ut claudus iste & alij scirent a quibus reciperet, quod mox fuerat suscepturus, quatinus per hoc non ipsi Apostoli sed Christus glorificaretur, & ad eum alij conuerterentur. ¶ At ille intendebat in eos ¶ oculis mentis & corporis tanquam eleemosynae auidus, & forte ex verbis Petri insolito modo concussus ¶ sperans se aliquid accepturum ab eis ¶ nec sefellit eum fiducia, quoniam plus quam sperauit accepit. ¶ Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi ¶ omnia enim propter Christum reliquit, nec pecunias a conuersis ante Apostolorum pedes positas in suum usum conuertit secumve detulit, quia audierat a Christo nihil tuleritis in via, neque pecuniam. Et nolite possidere aurum & argentum ¶ quod aurum habeo ¶ id est, sanitatis beneficium quod in meo est ¶ potestate instrumentaliter ¶ hoc tibi do ¶ tanquam instrumentum omnipotentiae dei, a quo gratiam sanitatum, & virtutem miraculorum sortitus sum ¶ In nomine ¶ .i. virtute & gratia Iesu Christi Nazareni, sup

Mat. 19



IN ACT. APOS. EXEG.

ge. De lecto & ambula. Quorum nullū potuisti huc-  
 usque saltem expedite. Et apprehensa manu eius de-  
 xtera, alleuauit eum. Circa quod dicit Bed. Quem ꝑ  
 bo erigit, dextera confortat, quia sermo docentis in  
 corde audientium minus valet, nisi propriæ actionis  
 commendetur exemplis. Et protinus consolidatæ  
 sunt bases eius & plantæ. i. crura & pedes. Et exili-  
 ens stetit & ambulabat. In quo patet quod subito fit sa-  
 natus. Virtus enim diuina cum sit infinita agit in instā-  
 ti. Et in claudis hoc etiam illud Esaiæ impletum est:

Esa. 35.

Tunc saltet sicut ceruus claudus. Quemadmodum au-  
 tem qui diu in lecto egritudinis iacuerunt, cum sana-  
 tos se sentiunt, præ gaudio (ambulare incipientes) qua-  
 si exiliunt, sic fecit & iste de sua sanatione ineffabiliter  
 exhilaratus & intrauit cum illis in templum. In testi-  
 monium veritatis. ambulans & exiliens, & laudans  
 deum. pro beneficio tanto. Et vidit omnis populus  
 cum ambulantem & laudantem deum. Cognoscebāt  
 autem illum. Id est vniuersi qui aderant, nouerunt hunc  
 esse qui paulo ante fuerat claudus, & quod ipse erat  
 qui sedebat ad eleemosynam ad speciosam portam tēpli.  
 Et impleti sunt stupore & extasi. Extasis dicitur quasi  
 positio extra se ipsum seu alienatio mentis a se, quod fit  
 interdum pauore, interdum admiratione, interdum cō-  
 templatione seu reuelatione. In istis autem ex pauore  
 & admiratione processit. In eo quod contigerat illi.  
 Cum tenerent autem Petrum & Ioannem, cucurrit om-  
 nis populus ad eos. Vel quia iam nouerant eos hoc  
 fecisse, prodigium, vel quia ex fama & apparatu eorum  
 id suspicabantur etiam aliquam aliunde audirent. ad  
 porticum quæ appellat Salomonis. i. in ea parte qua sta-  
 bat Salomon dum oraret, vt in scholastica explanatur  
 historia, non tñ fuit eadē numero, sicut nec idē tem-  
 plum. Vel ideo sic vocatur, quia constructa fuit in eodē  
 loco in quo & illa quæ in primo templo Salomon ædifica-  
 uit. Videns autem Petrus. concursus. respondit  
 ad populum: Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut  
 nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fece-



rimus hunc ambulare? ] Ad opus bonum, p̄sertim ad  
 beneficii impensionem, & misericordiæ actum requiri  
 tur non solum potestas sed etiam pietas seu benigna  
 voluntas, vel q̄dam compassio aut misericordia, quæ  
 nunc per pietatem exprimitur. Quis autem virtute & Mat. 10  
 pietate Apostolorum fuerit signum hoc factum instru  
 mentaliter, non tamen principaliter. Et ipsi Apostoli  
 hanc virtutem & pietatem non a se sed diuinitus susce  
 perunt, ideo non sua virtute aut pietate dicunt se istud  
 egisse. Itaq; Petrus non arguit eos, q̄d de tanto mira  
 culo mirabantur: sed quia eorum admiratio non fuit  
 ordinata. Aspiciebant enim ad seruos & ad instrumen  
 tum magis quam ad dominum ac principalem agentē  
 Ideo Petrus erigit eos ad principalis opificis contem  
 plationem, & ad considerationem causæ finalis huius  
 miraculi, q̄ fuit vt per illud Iesus ostenderetur esse fi  
 lius dei, & sic alij conuerterentur ad ip̄m. Hinc subdi  
 tur. [Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob] in  
 hoc inæstimabilis dignatio, charitas, & misericordia  
 dei ad homines designantur, quod deus ille alt̄issimus  
 & immensus, deus vniuersorum, qui digne no  
 minari non potest, dignatur se hominum deum voca  
 re, quasi principalem habēs dilectionem & curā ad eos  
 Hinc Exod. 3, ait ad Moysen. Hæc dices ad filios Isra  
 el. Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham,  
 & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc no  
 men mihi est in æternum, & hoc est memoriale meum  
 in generationem & generationem. Vnde quia Petrus  
 loquebatur Iudæis, conformat se modo loquendi pa  
 trum veteris testamēti. [deus patrum nostrorum glo  
 rificauit filium suum.] vnigenitum, naturalem, æter  
 num, non adoptiuum, scilicet [Iesum.] i. per hoc mira  
 culum ostēdit veritatem & gloriā Iesu Christi. Hoc  
 enim faciendo miraculum in nomine Iesu, ostendit  
 quod vera sit eius doctrina & prædicatio nostra de I  
 p̄so. [quem vos quidem tradidistis.] iudici. [ & nega  
 stis.] Jesse regem vestrum aut filium dei [ante faciem  
 Pilati.] Idicentes, non habemus regem nisi Cæsarem.



IN ACT. APOS. EXEG.

Et rursus. Tolle tolle crucifige eum [ iudicante illo ]  
 puta Pilato [ dimitti ] hunc Iesum tanquam innocen-  
 tem. Nam dixit. Nil causæ inuenio in eo. Et item. Cor-  
 riptam illum & dimittam . Hoc tamen non protulit  
 sententialiter & vltimate, sed interloquendo dimitt-  
 tendum asseruit. [ Vos autem iustum & sanctum ne-  
 gatis ] videlicet Iesum qui secundum diuinitatem su-  
 am est essentialiter sanctus & iustus, secundum huma-  
 nitatem vero, per virtutes & actus earum iustior ac  
 sanctior vniuersis [ & peristis virum homicidam do-  
 nari vobis ] id est, ad vestram instantiam liberari a  
 morte, videlicet Barrabam, qui fuit sediciosus & latro  
 [ authorem vero vitæ interfecistis ] vtpote vnigeni-  
 tum dei, qui est totius vitæ fontale principium secun-  
 dum naturam diuinam, a quo deriuatur vitæ natura,  
 vitæ gratiæ, vitæque gloriæ, qui secundum naturam  
 assumptam, sua occisione vitam gratiæ & gloriæ in-  
 strumentaliter reparauit, imo & vitam naturæ resti-  
 tuit, his quos a morte corporea suscitauit [ quem de-  
 us suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus, & in fi-  
 de nominis eius ] scilicet Christi [ hunc quem vos vi-  
 detis & nostis, confirmauit nomen eius ] id est, inuo-  
 catio nominis Christi facta in fide quam nos de ipso  
 habemus consolidauit crura & pedes istius, qui fue-  
 rat natus claudus [ & fides quæ per eum est ] id est,  
 fides nostra, nobis a Christo collata, & de ipso habi-  
 ta [ dedit ] per modum causæ instrumentalis ac meri-  
 toriæ [ integram sanitatem istam in conspectu omni-  
 um vestrum ] Omnia enim possibilis sunt credenti,  
 & virtute ac merito fidei summa fiunt prodigia se-  
 cundum quod Saluator testatus est. Si habueritis fi-  
 dem sicut granum sinapis, dicetis huic mōti iacta te in  
 mare & obediet vobis. Itaque merito fidei Apostolo-  
 rum non claudi huius, præstitit deus hanc sanitatem  
 Miracula autem fiunt quandoque fide facientium ea,  
 quandoque fide eorum quibus fiunt. Ecce qualis arti-  
 fex est spiritus sanctus, qui huic pauperi piscatori in-  
 fudit tantam constantiam, vt tot milibus hominum

Mat. 27.  
 Lucæ. 23.

Lucæ. 23.

Mat. 9.  
 Matt. 17.

Sapient. 7



non vereretur impropere tam incomprehensibil  
 scelus videlicet occasionem iniustissimam vnigeniti fi  
 lij dei, quod solo auditu horrendum est. Veruntamen  
 quoniam discretio exigit vt rigori pietas misceatur,  
 quia & nostra perfectio est deo assimilari, qui in o  
 mni effectu iusticiæ misericordiam miscet. Hinc Pe  
 trus post asperam inuectionem blanda verba inducit,  
 & terribiles consolatur. Lucæ. 7  
Sapient. 2.  
 ¶ Et nunc fratres scio  
 quod per ignorantiam fecistis sicut & principes ve  
 stri] pontifices cæterique maiores, & hæc ignoran  
 tia excusauit crimen eorum aliquantulum, non totaliter  
 imo nec multum præsertim quantum ad principes. Tan  
 ta enim miracula fecit Iesus, & tot scripturarum au  
 thoritatibus demonstrauit se esse Messiam in lege pro  
 missum, quod merito debuissent credidisse in eum. Sed  
 excæcauit eos malicia sua. Quomodo autem pro tem  
 pore aliquanto principes & alij quidam nouerunt Ie  
 sum esse Messiam, & quomodo non. Qualiter etiam ad  
 tantam cæcitatem inducti sunt ex impatientia sua pro  
 pter prædicationem Christi contra eos nunc omitto,  
 quia Mat. vigesimo secun. dixi hoc plenius & si spiritus  
 sanctus concesserit super Lucam aliquid inde dicturus  
 sum ex uerbis Augustini in libro de ciuitate dei. Lucæ. 14.  
 ¶ De  
 us autem qui prænuñciauit per os omnium propheta  
 rum pati Christum suum, impleuit sic ] sicut prædi  
 xit. Quia diuina ordinatione passus est Christus, & eo  
 modo deus illud impleuit quo sensu nunc dictum est  
 quod tradidit Christum. In tantum enim illud imple  
 uit vt Esaiæ quinquagesimo tertio protestetur. Pro  
 pter scelus populi mei percussit eum, non tamen indu  
 xit Iudæos ad faciendum hoc scelus, sed Christo inspi  
 rauit promptissimum animum paciendi, & malis acti  
 bus impiorum vsus est deus ad bonum. Ex hac autem  
 autoritate elicitur quod vniuersi prophetae verbo  
 vel scripto aut mystico facto Christum prænuñcia  
 uerunt passurum, sicut & Lucæ primo ZACHA  
 RIA S fatetur. Visitauit & fecit redemptionem



plebis suæ. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. **L** Pœnitentini ergo **J** de vestris peccatis, præsertim de Christi occisione dolete **L** & conuerimini **J** ad dominum saluatorem **L** ut deleantur peccata vestra. ut cum venerint tempora refrigerij **J**, id est, dies iudicij in quo electis plenaria quies præstabitur. Vnde & iustis apperendus est dies ille secundum quod ait saluator. His fieri incipientibus leuate capita vestra, quia appropinquabit redemptio vestra **L** a conspectu domini **J**, id est, ab ipso deo, & clarissimum eius in suos electos aspectu, ab ipso enim tempus illud proueniet **L** & miserit eum qui prædicatus est vobis Iesum Christum **J** ad iudicandum de omnibus in forma humana, visibili, glorificata, secundum quam minor est patre, & ab ipso mittetur **L** quem oportet quidem cælum suscipere **J**, id est, susceptum interim tenere, ita quod interim sedebit in cælo ad dexteram patris **L** vsq; in tempora restitutionis omnium **J**, id est vsque in tempus finalis iudicij, in quo vnicuique quod promeruit retribuetur, & quicquid inordinatum fuit per culpam, ordinabitur per pœnam, ita quod singula debitis locis ac præmijs constituentur **L** quæ locutus est deus per os sanctorum suorum a seculo prophetarum **J** quia de hac omnium restitutione pene a principio mundi locuti sunt vates sancti. Propter quod Iudas in sua Canonica introducit testimonium Enoch de futuro iudicio. Consequenter docet quod legislator Iudæorum Moyses de Christo sit vaticinat<sup>9</sup>. **L** Moyses quidem dixit **J** in Deuteronomio **L** Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris **J**, id est, de semine Iudæorum Christum secundum carnem producet, & gratia prophetiæ eminenter implebit **L** tanquam meipsum **J** Tanquam notat hic aliquid multumque defectiuam similitudinem, cum Christus incomparabiliter maior sit Moysæ, sed in hoc est similitudo, quod sicut Moyses fuit lator legis scriptæ, sic Christus legis Euangelicæ. Christo autem in quantum fuit aliquo modo viator, competit nomen & ratio. **p**

Lucæ. 2.

Apoc. 22.

Deut. 18.



pheta, quia vt sic, claræ visionis non fuit vt comprehensores. Verum sicut ipse est angelus, & dominus atq; creator angelorum, sic ipse propheta & dominus ac impletor prophetarum. **L** ipsum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis. **L** Hoc Moyses ait hortando non affirmando, nam pro maiore pte Iudæi Christum audire spreuerunt. Insuper iuxta morem scripturæ Moyses Iudæos sui temporis in persona eorum qui tempore Christi erant futuri alloquebatur. De toto enim populo solet loqui scriptura, quasi de aliquo vno. Idcirco ad vnā partem sub personā alterius patris vicissim dirigitur sermo. **L** Et erit omnis anima quæ nō audierit prophetam illum, id est, omnis homo tempore Euangelicæ legis & prædicationis ac promulgationis eius existens, qui in Ch̄m non crediderit, nec verba eius ab ipso vel prædicatoribus eius susceperit. **L** Exterminabitur de plebe, id est, de electis populi sui tollentur atque damnabitur. **L** Et omnes prophetæ a Samuel & deinceps qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos, id est, de tempore primi aduentus Christi, & passionis resurrectionisque eius prophetauerunt. Christus enim est finis legis & omnium opus prophetarum, ad quem omnia tunc ordinabuntur, & de ipso ac eius mysterijs loqui fuit principalis prophetarum intentio. Hinc & Iudæorum magistri fatentur, quod omnes prophetæ non sunt locuti, nisi super dies Messia. Sed cum a principio mundi & tempore patriarcharum non defuerit propheta de Ch̄o, dicente virgine gloriosa, sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula, cur de prophetis qui a tempore Samuelis fuerunt loquitur Petrus, præsertim cum in Genesi patriarcha Iacob tam euidenter & copiose vaticinetur de Christo? Et respondendum quod tempore Samuelis cœpit cursus regum in duodecim tribubus Israel, & ex tunc fuerunt prophetæ quæ manifeste scripserunt de Christo, scilicet, David Esaias, Osee &c. præcedentes autem tam euidenter locuti non sunt, saltem communiter, vel prophetias suas non conscripserunt. **L** Vos estis filij prophetarum

Iohan. 4.  
1. Iohan. 5.

Rom. 10.

Luca. 1.

Gene. 42.



IN ACTA APO. EXEG.

id est, discipuli & sequaces seu posterii. Et aliqui vestrum de illorum sunt semine nati [ & testamenti quod disposuit deus ad patres nostros ] per Moysen in deserto, id est, veteris testamenti, imitatores

**Genes. 12.** seu filij estis [ dicens ad Abraham ] in Genesi. [ In semine tuo ] .i. Christo a te secundum carnem nascituro [ benedicentur ] .i. dona gratiæ in præsentibus, & bona gloriæ in patria cõsequentur [ omnes familiæ terræ ] .i. vniuersæ tribus, linguæ & gentes, videlicet quædam de omnibus, iuxta id in Psalmo. Reminiscetur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. [ Vobis primum suscitans ] .i. proponens, vel secundum naturam assumptam procreans [ deus filium suum ] incarnatum qui dixit. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel [ misit illum benedicentem ] .i. multa beneficia impendētē [ vobis ] inter quos visus & conuersatus est. Vel suscitans eum a morte ad vestram salutem, misit illum nunc vobis per nostram prædicationem, benedicentem vobis .i. dona gratiæ conferentem aliquibus vestrum [ vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua ] illam de cætero abhorrendo, præteritamque desiendo. Omne autem peccatum ex habitu vitioso, seu deliberatione ac certa scientia oriens, dici potest nequitia, non autem quod ex infirmitate aut ignorantia excusante prodit. Præterea iuxta mysticum intellectum per hunc claudum a natiuitate intelligitur populus Iudæorum a principio legis datæ rebellis, nec in via dei recte incedens, quem sancti patres ac prophætæ ante portam templi speciosam, id est, ad Christum deferebant vt saluaretur per eum qui ait. Per me si quis introierit, saluabitur. Ab ingredientibus autem templum, puta a sanctis fidelibus populus iste salutis subsidia quærere debet. Petrus vero, id est, quicumque firmus & fortis in fide, tales potest iuuare, & templo inducere, seu CHRISTO incorporare. Similiter per claudum istum, signatur quilibet Christianus vitiosus iugiter assuetus, quem deuoti ad Christi misericordiam ferre conantur, & ponunt ante por-

**Psalm. 21.**

**Matth. 15.**  
**Baruch. 3.**

*Allegoria claudij*

**Iohan. 10.**



tam clementiæ, hortâtes vt ab vniuersis ingredientibus domum dei, id est, sterrena spernentibus amanti-  
 busque diuina, animæ suæ quærat cibaria. Cui dicunt deuoti. Respice in nos, id est, conuersationem nostrâ sectare. Qui cum fuerit radio illustrationis supernæ p-  
 fusus, animoq; a claudicatione sui obliqui incessus sana-  
 tus, mox exilit, stat, ambulat, atque cum illis ecclesiam  
 intrat. Surgit a vicijis, exilit gratias referendo, quod  
 de tenebris suis eductus lucem conspiciat veritatis, in q̄  
 sapide intueturq; aspernenda sunt omnia quibus mēs im-  
 peditur a deo, Stat quoque perseverando in bono incep-  
 to, ambulat proficiendo, intrat ecclesiam, cælestis reg-  
 ni beatitudinem contemplando, quibus visis, multi tan-  
 tam mutationem dextræ excelsi vehementer mirantur  
 confluuntq; ad eum per quem tanta est facta conuersio,  
 qui admonet non se, sed dei laudare virtutem.

¶ Elucidatio capituli quarti loquen-  
 tibus autem illis

Articulus quartus

**N**on cessat aduersarius veritatis, & emulus equi-  
 tatis, veritati & æquitati resistere. Hinc a prâ-  
 cipio Euangelicæ legis inuisibiles atque visi-  
 biles hostes aduersati sunt ecclesiæ sanctæ, sicut nunc  
 recitari incipitur. ¶ Loquentibus autem illis ¶  
 videlicet Petro & Ioanne ¶ ad populū superuenerunt  
 magistratus templi ¶ id est, iudices & doctores ¶ &  
 saducæi ¶ qui specialem sectam habebant quia nec ange-  
 lum nec spiritum, ne resurrectionem esse dicebant,  
 animam quoque humanam asserebant mortalem, &  
 quoniam omnium horum oppositum docebant Apo-  
 stoli, tristabantur de eorum prædicatione hi Sadu-  
 cæi, Ideo subditur ¶ dolentes quod docerent popu-  
 lum, & annunciarent in Iesu ¶ resurrectionem ex mor-  
 tuis ¶ .i. p Chri virtutem oēs mortuos suscitandos. Vel  
 ¶ I Iesu .i. in ei<sup>9</sup> doctrina ac fide ¶ & iniecerūt i eos man<sup>9</sup> ¶  
 violētas, sacrilegas ¶ & posuerūt illos in custodia vsq;